Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31271
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

menses xi. dies xviii. Hic
fuit temporibus odolbrathi regis
usque ad tempora theoderici. Hic
fecit basilicam sancti agapiti
iuxta basilicam sancti laure
tii martiris. Sub huius episcopatu
iterum venit relatio de grecis
petrum alexandrinum revo
catum ab acathatio episcopo consta
tinopolitano.
Tunc venerabilis felix
archiepiscopus sedis apostolice ur
bis rome mittens defensorem et consili
sedis sue facto concilio dampnavit
achatium cum petro. Post
tres annos iterum venit re
latio ab imperatore zenone
ut penitens rediret acha
tius. Tunc ipse felix misit
duos episcopos mesenum et vi
talem. ut si invenirent simpli
cem petri achatium iterum
dampnarent eos si non offer
rent libellum penitencie
Qui tamen introissent civita
tem aucleam. corrupti
sunt pecunia data supradictum

episcopi et non fecerunt secundum pre
ceptum sedis apostolice.
Venientes vero romam
ad sedem apostolicam eos tunc
felix papa fecit synodum et
operatus est discussionem
et invenit in iudicio am
bos episcopos. i. mesenum et
vitalem reos et corrup
tos pecunia. et eicit
mesenum et vitalem episcopos
a communione
Tunc mesenus episcopus non
celavit pecunia cor
ruptum. tunc et consilium confes
sus est tempore penitencie. Hic factum est
tempore odolbrachi regis.
Hic fecit ordinationes
duas in urbe roma per
mensem decembrium. presbiteros
xxviii. dyacones v. e
piscopos per diversa loca numero
xxxi. Hic sepultus est in ba
silica beati pauli apostoli.
et cessavit episcopatus dies
v. Et post transitum eius
factum est a presbiteris et dya